



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118820

§. 105. Facultatis Theologicæ Parisiensis decretum contra execrabiles
Regum & Principum Parricidas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

Sæc. XVII.
A. C. 1610.

§. CV.

*Facultatis Theologicæ Parisiensis decretum contra execrabiles Regum
& Principum Parricidas.*

*Argentre
tom. 2. concl.
Facult. p. 9.*

Die quarta Junii Sacra Parisiensis Facultas Theologica conventu habito decretum suum, quod anno Christi millesimo quadringentesimo decimo tertio die decima tertia Decembris conditum & a Synodo Constantiensi roboratum fuit, urgente Regia Curia confirmare, iterumque impia & seditiosa dogmata de licita Tyranni occisione damnare statuit, eo quod hæc doctrina in causa esset, ut qui ab Ecclesia Romana secesserant, in suo errore obdurescant, virosque Religiosos, Doctores & Prælatos Catholicos, quamvis innocios, perinde ac si talia docerent, vel auctoritate sua firmarent, fugiant ac detestentur. Quapropter Facultas censuram hujus propositionis: Quilibet Tyrannus potest & debet licite & merito a quovis subdito occidi, innovans, declarabat, seditiosum, impium, & hæreticum esse, sub quocunque obtentu Regibus vel Principibus vim inferre: Statuit quoque, ut omnes Theologiæ Doctores interposito jurejurando & opposito chirographo hoc decretum firment, atque obtestentur, quod illius veritatem

tem docendo & concionando diligenter Sæc. XVII.
 inculcare velint. A. C. 1610.

§. CVI.

*Regiæ Parisiensis Curia decretum
 contra Marianæ librum.*

Hæc jam die vigesima septima Maji *Rigault.*
 Parisiensis Curia Facultati injun- *cont. Thuan.*
 xerat, die autem quarta Junii Edmun- *l. 3. p. 303.*
 dus Richerus tum Sorbonæ Syndicus, *Argentre*
 cum præfatum decretum Parisiensi Cu- *l. c. Serres*
 riæ obtulerat, illud Regiis Consiliariis *Franc. Hist.*
 remittere jubebatur, simul exponens, *pag. 884.*
 quod Joannis Marianæ, Clari Bonar-
 scii, vel potius Caroli Scribanii, &
 Emanuelis Saa Jesuitarum opera om-
 nium manibus terantur, etsi in illis im-
 pia hæc dogmata essent stabilita, ac
 præcipue Mariana in suo libro *de Rege*
& Regis institutione Moguntinis literis *Argentro*
 excuso quatuordecim execrandas Blas- *l. c. p. 39.*
 phemias in Henricum III. Regem evo-
 meret, & decreti Constantiensis Sy-
 nodi auctoritatem plurimum deprime-
 ret. Igitur Regii Consiliarii, ut parricid-
 ium ab hujus Theologi doctrina pro-
 fectum ostenderent, illius librum per
 carnificem comburi præceperunt. Ve-
 rum nonnulli Curia Patres existima-
 tioni Societatis consulendum censebant,
 alii hac agendi ratione indignationem